



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quàm ob causam idem sacramentum spiritus septiformis congruum fuerit  
septe[m] columnarum appellatione designari, cur & Esaias ordine  
conuerso spiritus eosdem ordinans à spiritu sapientię descenderit, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

solum quod rationalis cognitus, uerum etiam (quod maximum est) spiritualis intelligens  
tiæ capax. Deniq; & si tunc primus homo non intellexit, & post eum quam plurimi (sicut  
scriptum est) homo, cū honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus,  
& similis factus est illis. Et rursum, animalis homo non percipitea quæ fecit deus; ratas  
men spirituales fuerunt, & sunt multi, magnus enim dominus, quos uoluit, multos spiritu  
intelligentiæ repleuit. ¶ A die septimo, cui deus benedixit, & in quo requieuit, quem  
sanctificauit. Propter hoc ipsum, ut in ipso requieuit, in quantum iam in hac uita uel per  
cipi uel gustari potest, requies illa, cuiusmodi sit, cognoscitur spiritus sanctus, quod  
spiritus fit sapientiæ: quia uere ad magnam sapientiam adducit illum, quem docilem facit  
illius dicit: Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis cor  
de, & inuenietis requiem animabus uestris. Ita requies sapientiæ est, quam spiritus sanctus  
efficit, id est, participatio sapientiæ increatae, quæ est ipsum uerbum dei, sapientia patris.

¶ Quam ob causam idem sacramentum spiritus septiformis congruum fuerit  
septem columnarum appellatione designari, cur & Esaias ordine con  
uerso spiritus eodem ordinans, a spiritu sapientiæ descen  
derit, ad spiritum timoris.

Ca. V.

**S**icut quantum potuit sermo fidelis fontem lucidum adiuit, de quo riuus ema  
nauit per ora multorum, dicentium similia huic, qui cum dixisset, sapien  
tia ædificauit sibi domum, secutus ait, excidit columnas septem. ¶ Quam  
uero ob causam, iam dictum septiformis spiritus sacramentū designari con  
ueniebat appellatione septem columnarum? Nimirum propter gloriam ma  
gnam & honorem huius altissimi filii hominis, quia uidelicet templum corporis eius, ipsa  
est domus quam sapientia sibi ædificauit. Domus autem, quæ super columnas ædificata  
est, profecto ex ipsis columnis firmatatem pariter & pulchritudinem habet & alta est. Si  
igitur columnas aspicis, quas nunc ordine digestas demonstrauimus, nonne talis positio  
domus sapientiæ illa est exaltatio filii hominis, de qua scriptum fuerat iam dudum, gloria  
& honore coronasti eum & constitui eum super opera manuum tuarum? ¶ Deniq; &  
dominus est angelorum sanctorum, & dominus firmamenti, id est, celi, & dominus terræ  
sive paradyssi, & maris, & dominus solis & lunæ & stellarum, & dominus omnium creatu  
rarum quas aquæ produxerunt & quæ de terra productæ sunt, & dominus totius generis  
humani, & dominus etiam sabbati, id est, patriæ cœlestis, in qua est plenitudo illius, quæ  
speramus, requiei. Vere magna domus pulchra & altissima domus. ¶ Ipse septiformis spi  
ritus, in eadem domo plenarie habitat quietissime; nullam enim unquam passus est, ibi of  
fensam alicuius culpæ seu negligentiæ. Hoc est quod Esaias dixit. Et requiescit sup eum spiri  
tus domini. ¶ Quod autem eodem spiritus aliter subordinavit, primum ponens spiritum  
sapientiæ: septimum autem spiritum timoris: causam sive rationem hanc habet. Quia do  
minus noster Iesus Christus, cuius aduentus prædicebatur de altissimo sapiente secreto, &  
magna require sua, de sinu patris huic descendit, usq; ad obedientiam & mortem crucis,  
quæ uidelicet obedientia, religiosus in ipso erat timor dominus nos autem, quorum ad eru  
ditionem sive correptionem scripta sunt opera illa patris & filii & spiritus sancti, à timore  
incipimus, & in sapientia perficimur, sicut alia scriptura dicit: Initium sapientiæ timor  
domini.

¶ Beædificatione huius domus domini, & quod ibi factum sit illud quod Psal  
mista dixit, misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iusticia & pars oscu  
late sunt.

Caput .VI.

**S**ic modo factum est istud: Quomodo ædificata est ista domus: Malleus & ses  
curis & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur, sed in  
secreto silentio, nulla interstrepente humani operis inquietudine, spiritus san  
ctus, qui in principio ferebatur super aquas, in beatam virginem superuenit,  
eiusq; utero ineffabiliter obumbravit, in modum uolucris ouum subiectum desideratissi  
ma sessione calefaciētis. Qua tñ similitudine, nisi ante nos præsumpta fuisset, forte nostra  
infirmitas in tanto mysterio uti non auderet. ¶ Tunc itaq; factum est illud, quod Psalmi

K sta cap.

Psal. 46.

1. Cor. 2.

Sp̄s sapientiæ  
die septimo.

Mat. 15.

Prouer. 9.  
Cur septē sp̄s  
ritus dñi discū  
tur septē colū  
næ domus.Psal. 8.  
Filius homi,  
dñs est omni  
um rerumMat. 12.  
Plena reges  
premisspirituū  
in Christo.  
Ela. 15.  
Duplex ordo  
septē spirituū

Psal. 100.

z. Reg. 6.  
Sp̄s sc̄tus ob  
umbrauit ure  
rum Mariæ.  
Lucæ. 1.